



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

340. Alicubi visa est Monialis super regulas Monasterii, quæsierunt à me per literas, an fregerit clausuram? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. res. 88.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Dubiis Regul. Ref. CCCXXXVIII. & c. 231

Sanchez tenet Faustus in Thef. Relig. l. 6. q. 163. Miranda de Monialib. q. 4. art. 4. Barbola de potest. Episc. p. 3. alleg. 10. 2. n. 20. Bonacina de Clausura. q. 1. punct. 9. n. 18. & alij penes ipsos.

RESOL. CCCXXXVIII.

An Monialis, quae se ponit in Rota, & facit eam volente in partem externam, ad quam saeculares accedunt, frangat clausuram, & incidat in poenas etiam si non egrediatur e rota?

Idem dicendum est, si Monialis staret in solo ostij partim intra, & partim extra Clausuram.

Sed difficultas est, an ratione paruitatis materia possit Monialis excusari a poenis, & peccato mortali; si vtroque pede, & toto corpore egrediatur, etiam si ad vnum, vel duos palmos tantum ianuam sit egressa?

Quod idem queritur de saecularibus etiam Monasteria Monialium ingredientibus. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 52.

§. 1. Affirmatiue respondent Comitulus in Responso l. 6. q. 3. & Portel in dub. regular. ver. Clausura Monialium, n. 24. Ratio est, quia haec accessit ad locum, ad quem saeculares accedunt, quod expresse prohibetur in Bulla Gregor. XIII. ergo &c.

2. Sed ego contrarium sententiam puto esse veriorum, quam tenet Bonacina q. 1. punct. 8. n. 1. & hoc ratione paruitatis materiae, sicut si Monialis staret in solo ostij, quia ostij, ut docet glossa in cap. cum sancta, de poenit. d. 1. p. 6. est partim intra, partim extra clausuram, & in hanc sententiam inclinatur Saech. in sum. 10. l. 1. c. 16. n. 70. in fine.

3. Difficultas est, an etiam ratione paruitatis materiae possit Monialis excusari a poenis, si vtroque pede, & toto corpore egrediatur, etiam si ad vnum, vel ad duos tantum palmos ianuam sit egressa, quod etiam queritur de saecularibus Monialium Monasteria ingredientibus, nam eadem est ratio? Respondeo supradictam Monialem clausuram perfecte violasse, cum talis sit verus extra clausuram egressus sufficiens ad culpam lethalem, & ad censuras incurrendas; secus autem, si Monialis sub ostio clausurae existat vno pede extra ianuam extenso, & altero intra ianuam retento, tunc enim a mortali excusaretur ratione paruitatis materiae. Ita Sanchez & Bonacina vbi supra.

4. Non reticebo tamen aliquos Doctores docere etiam Monialem, quae extra ianuam clausurae limites terminantem, ambobus pedibus se transtulit ad vnum, vel duos palmos, non peccare mortaliter propter materiae paruitatem. Et ita docent Graffius in decis. p. 1. l. 4. c. 23. n. 25. & de cas. referu. c. 5. n. 44. & Naldus in decis. sum. ver. clausura, n. 4.

RESOL. CCCXXXIX.

An in ingressu, vel egressu Clausurae Monialium detur poenitentia materia?

Idem est de feminis ingredientibus Clausura Religiosorum. Ex p. 5. tr. 5. Ref. 22.

§. 1. Respondeo affirmatiue, & ita docet Naldus in summa ver. clausura, n. 1. vbi sic ait: Non omnis habitatio Regularium constituit clausuram, aut Monasterium, ut patet in Infirmarys aut in locis, in quibus hospitij, vel negotiorum causa degunt aliquot Regulares, vel etiam in Monasteriis adhuc in fieri existentibus, & propterea nec ibi erit violatio clausurae. In minimo autem violata clausura excusatur a mortali, puta ingressus ad duos pedes, & statim regrediens, non violaret illam.

2. Sed haec non admittit in totum Homobonus de Bonis in consult. moral. tom. 1. p. 4. ref. 61. Quando enim Tom. VII.

vtrouque pede, & toto corpore ingressus est, etiam si ad vnum, vel duos tantum palmos ianuam introierit, hic enim clausuram perfecte violauit, cum sit completa transgressio ratio; secus si vno tantum pede sit ingressus. Et idem Sanchez in summa, tom. 2. l. 6. c. 16. n. 70. ita asserit. Infertur transgredientes clausuram modico ingressu excusari a culpa lethali, & a censuris in transgressores latis, quia modicum ab his excusare solet. Sic Graffius 1. part. decis. lib. 4. cap. 23. n. 25 quod quidem verissimum est. Atque eadem ratione idem dicendum de modico Saecularium egressu ex clausura, hoc autem modicum existimat Graffius; quando duos solos pedes esset intra portam clausuram, atque idem diceret de ingressu; sed id non credo, quia cum hic sit verus intra clausuram ingressus, vel ex ea egressus, sufficiens est ad culpam lethalem, & censuras incurrendas, nec modicum reputatur, quando perfecta transgressio ratio in illo reperitur. Vnde optime dixit Laxius Zechius in casib. refer. cas. 10. n. 1. consistente in solo ostij sito intra claustra subici hiis censuris. Idque probatur quia stans in ostio censetur esse in domo, & incurrit poenas ingredientis domum, ut tradunt Bart. l. 1. §. hoc interdictum, n. vnic. ff. de cloacis, Bald. v. b. paulo post princ. ver. hic adde. ff. solut. matr. Alexand. conf. 137. n. 14. vol. 2. vbi & alios refert. Ias. l. plerisque, n. 20. limit. 4. ff. de in ius vocando, & idem Ias. in l. cetera, §. hoc senatus, conf. n. 11. ff. de leg. i. quare modicum in hoc ingressu, & egressu existimat, quando haec non sunt perfecta, & conlummata sed femiplena, quia nimirum pars corporis est intra, pars autem extra, nec aliquid refert, an maior corporis pars sit intra, aut extra, dum enim totum corpus non est intra, aut extra, non sunt perfecti ingressus, egressus, ut culpa lethali, & censuris subdantur. Quae obrem nec conferent comprehendere, qui est in ostio quia ostium est partim intra, partim extra clausuram. Hucvique Sanchez, cui tandem adde Lopez de Texeda in contr. tom. 1. l. 2. tr. 1. contr. 14. dub. 1. n. 1. haec asserentem. Neque etiam clausuram violare ceteri debent Moniales, quae exeuntes cum medio corpore vno pede posito cum corporis mediate extra locum a Pontifice pto clausura determinatum, retinendo tamen alterum intra illum cum altera corporis mediate, quia terminus clausurae Monialibus determinatus a Pontifice non physice, nec metaphysice, sed moraliter accipitur est. Vide etiam Antonium Fernandez in instruct. Confess. p. 2. c. 5. n. 13. & Rodriq. in quest. reg. 10. l. 9. art. 7.

3. Sed non desinat hic adnotare sententiam nostri amicissimi Patris Naldi ex parte approbare Merollam tom. 1. disp. 1. c. 2. diff. 7. n. 502. nempe esse modicum ingressum, quando per duos solos pedes quis esset intra portam clausuram, quia licet ille sit verus, & perfectus ingressus, tamen est in parua materia, sicut quamuis furtum vnius argentei sit verum, ac perfectum furtum, non tamen sufficiens est ad peccatum mortale, & incurrendas censuras latas contra furantes. Hoc tamen limitarem ut intelligatur, quando cum eo modico ingressu coniungatur paruitas mora intra Monasterium; secus vero si mora esset diuturna; seu notabilis, & hoc quod diximus de violentibus clausuram Monialium modico ingressu, dicendum est etiam de feminis ingredientibus claustra Religiosorum, quando ingressus est modicus, modo explicato, & de Monialibus violentibus clausuram modico egressu, quia militat eadem ratio.

RESOL. CCCXL.

Alicubi visa est Monialis super regulas Monasterij, quasterunt a me per literas, an frangeret clausuram? Ex p. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 88.

§. 1. Et respondi negatiue, adducendo casum in terminis, ut dici solet, terminantibus, apud Lopez de Texeda

Et pro ingressu contento a lin. 35 huius §. Sed haec in to. 5. tr. 1. ex Ref. 83. lege doctrina §. veru, vique ad §. vit. ex clausura, & signanter in §. Remanet, & in §. 5. posito in anor. predicti §. verum.

§. 1. hoc interdictum, n. vnic. ff. de cloacis, Bald. v. b. paulo post princ. ver. hic adde. ff. solut. matr. Alexand. conf. 137. n. 14. vol. 2. vbi & alios refert. Ias. l. plerisque, n. 20. limit. 4. ff. de in ius vocando, & idem Ias. in l. cetera, §. hoc senatus, conf. n. 11. ff. de leg. i. quare modicum in hoc ingressu, & egressu existimat, quando haec non sunt perfecta, & conlummata sed femiplena, quia nimirum pars corporis est intra, pars autem extra, nec aliquid refert, an maior corporis pars sit intra, aut extra, dum enim totum corpus non est intra, aut extra, non sunt perfecti ingressus, egressus, ut culpa lethali, & censuris subdantur. Quae obrem nec conferent comprehendere, qui est in ostio quia ostium est partim intra, partim extra clausuram. Hucvique Sanchez, cui tandem adde Lopez de Texeda in contr. tom. 1. l. 2. tr. 1. contr. 14. dub. 1. n. 1. haec asserentem. Neque etiam clausuram violare ceteri debent Moniales, quae exeuntes cum medio corpore vno pede posito cum corporis mediate extra locum a Pontifice pto clausura determinatum, retinendo tamen alterum intra illum cum altera corporis mediate, quia terminus clausurae Monialibus determinatus a Pontifice non physice, nec metaphysice, sed moraliter accipitur est. Vide etiam Antonium Fernandez in instruct. Confess. p. 2. c. 5. n. 13. & Rodriq. in quest. reg. 10. l. 9. art. 7.

3. Sed non desinat hic adnotare sententiam nostri amicissimi Patris Naldi ex parte approbare Merollam tom. 1. disp. 1. c. 2. diff. 7. n. 502. nempe esse modicum ingressum, quando per duos solos pedes quis esset intra portam clausuram, quia licet ille sit verus, & perfectus ingressus, tamen est in parua materia, sicut quamuis furtum vnius argentei sit verum, ac perfectum furtum, non tamen sufficiens est ad peccatum mortale, & incurrendas censuras latas contra furantes. Hoc tamen limitarem ut intelligatur, quando cum eo modico ingressu coniungatur paruitas mora intra Monasterium; secus vero si mora esset diuturna; seu notabilis, & hoc quod diximus de violentibus clausuram Monialium modico ingressu, dicendum est etiam de feminis ingredientibus claustra Religiosorum, quando ingressus est modicus, modo explicato, & de Monialibus violentibus clausuram modico egressu, quia militat eadem ratio.

Ref. 83. §. 1. Sed  
quid, Sed se  
ge canr à  
principio.

Texeda in *controuers. moral. tom. 1. lib. 2. contr. 14. dub. 8. numer. 9.* vbi sic ait. Moniales supra tecti Monasterij regulas accedentes clausuram violare non dicuntur, dummodo locus ille, ad quem perueniunt, non sit extra clausuram Monasterij locatus, sed perpendiculariter illam respiciens, Ita ille. Et pro confirmatione huius sententia, tunc etiam adduxi doctrinam Doctorum communiter asserentium, quòd qui inuentus est super regulas Ecclesiae, dicitur inuentus in ipsa Ecclesia, & ideo gaude. immunitate.

Sup. hoc in  
rom. 9. tr. 1.  
late in Ref.  
10. §. Quod  
autem & in  
aliis eius  
not.

## R E S O L. CCCXLI.

An Monialis, qua in morem erumpit sit obliganda, vt inuret in Religionem virorum?

Et postquam è Monasterio fuerit eiecta, an poterit sine vilo scrupulo matrimonium inire, vel si velit sacros Ordines suscipere? Ex p. 5. tr. 14. & Milc. 2. Ref. 49.

Sup. hoc inf.  
in tr. 2. ex la-  
tissima do-  
ctrina eius  
vnica Rel. si  
gauerit in §.  
quod firma-  
tur. ad med.

§. 1. DE hoc casu hoc anno interrogatus fui in Neapoli, vbi rumor aderat accidisse, sed falsò, accidit tamen nostris temporibus in Hispania, & affirmatiuam sententiam mordicus tenet Laurentius de Portel in *dubijs regul. verb. Professio Hermaphroditis, in casu cuiusdam professionis, num. 4.* quia professio istius fuit valida in Conuentu Monialium cum tribus votis solemnibus. Ergo tenetur ad illa seruanda, & Ecclesia obligans illam ad intrandum Monasterium virorum, non obligat illam ad rem difficiliorem, imò ad faciliorem, quam antea promisit. Multas alias rationes adducit Portel pro hac firmanda sententia, quae videri possunt, adi illum, & non pigebit.

2. Verùm ego contrariae sententiae tamquam probabiliori adhaereo, quam nouissime docuit Texeda in *controu. moral. lib. 1. tract. 1. contr. 8. dub. 1. num. 18.* vbi sic ait. Existimo hanc foeminae professionem esse inuolidam, & idem declaratum fuit in simili casu, qui in nostra contigit Hispania, quia illa foemina non est professa, nisi in quantum vera foemina, nec Praelatus sub alia ratione ei contulit professionem, & tamquam vera foemina ipsa professa est, & iuxta hanc rationem habuit intentionem profitendi, & non aliter. Ergo cum erumpente natura facta est vir, professio redditur nulla, & ideo talis foemina è Monasterio eicienda est, tamquam omnino libera à votis essentialibus emissis, quae pre inde ad nuptias transire potest, ac si nullam emisisset professionem. Ita ille. Et hoc seruatum fuisse in Hispania testatur etiam eruditus Torreblanca in *pract. cab. lib. 1. cap. 11. num. 13.* vbi sic asserit. De alia Moniali sancti Domini in ciuitate de Vbeda oriunda ex oppido de Sabote dicta Magdalena Mugnoz, apud nos adhuc recens memoria est post septem annos professionis suae ex foemina in matrem conuersa, quae è Monasterio expulsa virilem habitum sumpsit & non solum mentum, sed barbae eruptae sunt, dictumque fuit Franciscus Mugnoz, quem ego Granatae patrocinaui sum in causa stupri, in qua foemina querebatur ab eo per violentiam cognitam fuisse & impraegrnatam. Haec Torreblanca. Igitur si casus occurrerit, postquam dicta Monialis in matrem versa, fuerit è Monasterio eiecta, poterit sine vilo scrupulo matrimonium inire, vel si velit sacros Ordines suscipere: & hoc vltimum probat etiam Portel loco citato, num. 10. quia nullum subest impedimentum, quin possit ad Ordines promoueri, cum sit verè mas, vt suppono, & cessauerit illud impedimentum foeminei sexus.

Sup. hoc pro  
susceptione  
Ordinum in  
rom. 5. tr. 5.  
Ref. 6. §. 1.  
Hoc suppo-  
sito & seq.  
Sed lege ea  
à principio,  
& in rom. 4.  
tr. 8. Ref. 12.  
§. At quid.

## R E S O L. CCCXLII.

An Moniales vii possint priuilegijs concessis viris Religiosis sui Ordinis?

Et quid si non sub sint dictis Religiosis?

Et an Moniales gaudeant etiam priuilegijs illius Religionis sub cuius gubernatione viuunt, etiam si sua diuersi Ordinis vt Moniales Sapientia Neapoli, quae sunt sub cura Tocatinorum, & tamen sunt Ordinis S. Domini, an ista priuilegijs Theatinorum fruantur? Et an, & quomodo Moniales subiectae immediate Ordinario vii possint priuilegijs, ad quorum vsum ex concessione requiritur ministerium Praelati Regularis, cui alias deberent esse subiectae, cuiusmodi, §. 5. est priuilegium dispensandi, absoluentis, &c. Ex p. 10. tr. 13. & Milc. 3. Ref. 24.

§. 1. R Espondeo affirmatiuè quoad primam: si ea adaptari possint ipsis Monialibus, & in concessione priuilegij non dicatur ea concedi viris, aut masculinis Religiosis. Ita Suarez lib. 8. de legibus capite 10. numer. 7. cum Rodriquez, tom. 1. quae. 13. artic. 22. aliique. Et probatur; quia ex vna parte in dispositione fauorabili sub masculino nomine comprehenditur foemina in iis, quae possunt foeminis accommodari, ex alia parte Moniales sunt verè Religiosae, ideoque dispositio facta de Religiosis, etiam iis modo dicto suffragatur. Dixi, & in concessione priuilegij non dicatur, & si enim dicitur, tunc constat ex verbis concedentis Priuilegium non extendi ad Moniales, nisi necessitas aliud suadeat; quamquam aliter dicendum sit, attento priuilegio bullato Leonis X. quo absolute conceduntur Monialibus Fratrum Minorum, vt possint vi omnibus & singulis priuilegijs, & indultis spiritualibus, & temporalibus per ipsum Leonem ac Sedem Apostolicam ipsis Fratribus quomodolibet concessis, & concedendis perinde ac si ea ipsis Monialibus essent concessa: sicut videre est apud Casarub. supra verb. Communicatio priuilegij, num. 18. ex quo fit, vt etiam in concessione priuilegij diceretur, viris Religiosis illud concedi, eo nihilominus gaudente possint Moniales, dummodo priuilegium sit ex iis, quae possint foeminis accommodari. Et haec omnia docet Pellizzarius in *Man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 1. §. 4. num. 72.*

2. Sed difficultas est, an idem dicendum sit de Monialibus, quae non sub sint iuri Regularium. Pro negatiua sententia Botdonus in *Consilio Regularium, tom. 2. resolut. 52. quae. 24.* adducit Portel, & Rodriquez, quibus ego addo Barbosam, de iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 41. num. 217. & alios, quos citat, & sequitur Sanchez in *Summa, tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 116.* Sed ipse Bordonus postea, num. 69. affirmatiuam sententiam tenet, & ideo docet, quod dictae Moniales, quandiu viuunt sub illo instituto, & ordine, tandiu gaudent illius priuilegijs: sed per exemptionem à Superioribus Regularibus, & subiectionem Episcopis, aut per foundationem Monasterij sub iurisdictione Episcopi Moniales non desinunt esse sub instituto, & regula suae Religionis, vt clarum est: ergo adhuc gaudent priuilegijs sui Ordinis, quamuis non sint subiectae Praelati eiusdem Ordinis. Secundo, priuilegia conceduntur Monialibus absolute propter eorum merita, & vt Moniales talis Ordinis, licet ad instantiam quandoque alicuius Superioris Regularis: ergo quatenus Moniales manent, eiusdem Ordinis priuilegijs gaudent. Tertio, ex dictis Bullis supracitatis, nonnullae carent illis clausulis subiectionis regularium: ergo saltem ex hoc capite non amittunt sua priuilegia subiectae Episcopis. Quarto, priuilegia perduntur morte, lapsu temporis, cessante causa, per non vsum, per contrarium vsum, per abolum, renuntiatione, & reuocatione, vt communiter docent Doctores cum suis limitationibus: sed per translationem